

47  
ubi dicitur Ferramenta, & est pro mensura iusta perticas legitimas iugealis tres coeret ei ex una parte terra eredes quondam Opizonis ex aliis duabus partibus terra supradicta Ecclesiae S. Andree, ex quarta parte via, sibi que alia sunt coerentes, quam autem infra scripta pecia una de terra aratoria juris nostri superius dictis, una cum accessionibus, & ingressibus seu superioribus, & inferioribus suis qualiter superius in integrum ab hac die in eadem Ecclesiae S. Andrea vendimus, donamus, alienamus, obnoxiamus, vel tradimus, nisi in eadem Ecclesiae, & facias exinde a praesenti die pars ipsius Ecclesiae, aut cui pars ipsius Ecclesiae dederit jure proprietario nomine, quidquid volueritis sine omni nostra, & heredum nostrorum contradictione quidem espondimus, adque promittimus nos eorum supra Orta, & Lamperti, & Oberti germani una cum nostris, pars ipsius Ecclesiae, aut cui pars ipsius Ecclesiae dederit infra scriptam venditionem, qualiter superius in integrum ab omni homine defensione, quam si defendere non potuerimus, aut si nobis exinde aliquid per quodvis ingenium infringere quaesierimus, tunc in duplum eandem venditionem ut supra vobis restituamus, sicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit sub aestimatione in consimili loco, & nec nobis liceat ullo tempore nolle, quod volumus, sed quod a nobis semel factum, vel conscriptum est inviolabiliter conservare promitto hac stipulatione subnixta, & nihil nobis ex ipso pretio aliquid dare debes dico. Actum intra claustra S. Andree. Signum manum infra scriptorum Otta, & Lamperti, & Oberti, qui hanc cartam venditionis fieri rogaverunt, & infra scriptum pretium acceperunt, ut supra. Signum manuum Bonfanti, & Arnaldi, & Genero omnium lege viventium Romanos testium. Signum manuum Oddonis, & Enrici testium. Ego Albertus Judex, & Notarius S. Palatii scriptor cartam venditionis post traditam complevi, & dedi.

*Carta fundationis Monasterii de Tilieto,  
auctore Anselmo Marchione.*

36

M C X X X I.

In anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi 1131. 6. kalend. septembris indictione nona Ecclesia S. Mariae, & S. Crucis, idest monasterium situm loco Tilleti. Nos Anselmus Marchio filius b. m. Hugonis Marchionis, & Adalasia comitissa filia Ubaldi cum Vellelmo, & Manfredo ipsorum filiis, qui professi sumus nos ex natione nostra lege vivere Salica. Ipsi namque jugales, & genitores nostri filiis nobis consentientibus, & supra confirmantibus offertores, & donatores in eadem Ecclesia praesentibus praesentes diximus; quidquid in sanctis, & venerabilibus locis, ex suis aliquid contulerit rebus juxta creatoris vocem in hoc saeculo centuplum accipiet, & insuper quod melius vitam possidebit aeternam, ideoque nos qui supra jugales donamus, & offerimus, & praesentem cartulam offerentis, & donationis ibidem habendum, & confirmandum, Ecclesiae S. Mariae, & S. Crucis, idest monasterio sito in loco Tilleti, pro animae nostrae mercede, idest

boscum unum cum area sua, quae vocatur Teletum, & omnes montes sicut vergunt aquam versus monasterium, & petia una de terra aratoria, seu petia una de vinea cum area sua, seu sedimen cum casis, & aedificiis, quam habet, ut suam in loco, & fundo Boschi, vel in earum territoriis, jam dicta de terra petia jacet ad locum ubi dicitur Ronco, & est per mensuram ad seminaturam juxta modios octuaginta, & si amplius est ex una parte Aledramus Marchio, ex alia parte Vermus, ex tertia parte reservamus in nostra potestate, jam dicta petia de vinea jacet ad locum, ubi dicitur Crofa, quantum ad nos pertinet, & est ex una parte Aledramus, ex alia parte Fulco, ex tertia parte Crofa, jam nominata secundum quod ut infra castrum, est etiam ex una parte murus de castro, ex alia parte via, ex tertia parte Gullielmus. Etiam & donamus nos mansum in loco, & fundo Campale est rectum & laboratum per Bernardum, & Petrum, & fratrem Gregorii Massarii liberi omnes, & insuper concedimus nos qui supra jugales . . . & Aledramus seu (*desunt aliqua*) . . . atque Alberto uxor matris Agnes. (*hic mendum irrepit, & forte legendum Berta uxor, & mater Agnes*) idest mansum unum de vinea cum terra super habente cum area sua in loco, & fundo Varagie est ex una parte flumen Sturi ex alia parte reservamus.

Ego Anselmus Marchio signum crucis feci, signum manibus Avogafore, & Petrus Vesconte, seu Petrus Porcio. Signum manibus Vicedianus de Fustulis, Anfosius notarius S. Palatii scriptor. Ego Gandulfus notarius S. Palatii autenticum hujus novi exempli vidi, & legi. Ego Jacobus de Castagnolis S. Palatii Notarius autenticum hujus novi exempli vidi, & legi. Ego Pastor Cariensis Notarius S. Palatii autenticum hujus novi exempli vidi, & legi. 1619. 21. octob. extractum, & exemplatum fuit supradictum instrumentum per me Jacobum Lanata Notarium, licet aliena manu ex consimili instrumento maximam vetustatem praese ferente in pergamena scripto existente penes magnificum Pinellum, quondam D. Johannis Augustini fratrem perillustris, & reverendissimi D. Dominici Pinelli, moderni abbatis, & commendatarii abbatis S. Mariae de Tilieto, habentem penes se scripturas dictae abbatis, & quia facta collatione praetermissio unico verbo, quod vetustate consumtum, & correctum legi minime poterat, cujus loco lineam duxi in reliquis ad verbum concordare inveni, ideo ex licentia mihi a serenissimo Senatu concessa in hanc publicam formam exemplari, & subscripsi. In fidem &c.

*Privilegium Innocentii Papae Monasterio  
de Tilieto.*

M C X X X I I.

37

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Opizzoni Abbati monasterii B. Mariae Virginis, & S. Crucis de Civitacula, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Ad hoc universalis Ecclesiae cura nobis a provisorio omnium bonorum Deo commissa est, ut religiosas diligamus personas, & placente Deo religionem.